Cœlivagus eremitica ab omni aulicorum turbulentijs procul
uitam degebat, quam poterat studijs incumbebat.
Illuminatus inde litteras ad eum dedit et noui syderis
rationem longiori epistola ei explicauit, qua accepta
à Cœlivago eam quamprimum Prælo dedit, ut Roma-
norum oculis spectanda preberetur Lynceorum oculos
acies, quæ res non arrisit Illuminatum, cum multa ea in ea
commutata fuerant Liuidulorum quorundam iniuria
in talia, qualia ipse nunquam cogitauit. Inuisit eodem
tempore equitum in Transyluania ductorem, utriusquè
Imperialis exercitus eo in Principatu generalem Rostrum
germanum, eumq; in tantam sibi conciliauit amicitiam,
ut Imperatoriam familiaritatem pollicitus fuerit Nostro,
Curaturumq; se aiebat, ut uel à Bauaria duce, aut à Maxi-
miliano Archiduce summo desiderio conuocaretur, cui et-
iam rei opem se daturum pollicitus fuit Braritius Cæsa-
riæ Maiest: à secretis intimus; oratorem quoq; Ca-
tholici Regis adijt, eumq; Cœlivagi nomine salutauit, quia
et ipse ei aulam obtulit; Comes à Mansfelt, dux à
Barneuil, Comes à Festenberg, Baro Poppel, dux
belli Althan, Comes Joiosa, cæterijq; imperij proceres
præsertim Doria ex animo ei fauebant. Adijt dein-
de Summi Pontificis Legatum, qui ab initio ut domi
suo maneret donec imperia se constituisset aula, uoluit,
quemadmodum egit, non omnino tamen libens. Interim
litteras habuit à Dumanio ad nuntium ad comitem
à Festenberg et Archiepiscopum Pragensem, tum
suas tam Cardinalis Spinelli, Tunc iniit salutatum et
Archiepiscopum illi non cæteris uero literas Cœlivagi porrexit per-
gebat interim modo affligere Illuminati agritudo nonnunquam
tamen etiam meliuscule habere cœpit, Auferebantur epistolæ clam in-
terdum in urbe Cœlivago adhuc ab aulicis pabi sperantes se in ipsis
eandem reperturos quippiam quod Illuminatum aut lynceum ali-
quem offendere potuisset ut vero et uiabus nihil unquam
(ut ego existimo) repertum maiori et Cœlivagi diligentia forsan aduer-
sum curatum sepere epistolas tabiores esse atq; scateor alteri liber-
tius et copiosius scripsisset hic annus iste. Dum secum tendebat